



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Micrologvs|| De Ecclesiasticis|| Observationibvs.||**

**Bernoldus <Constantiensis>**

**Antverpiæ, 1565**

40. De Epiphania

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63426](#)

ordinabitur: In uitatorium Christus natus est, Psalmi Dominicales, cum tribus Antiphonis de Natiuitate Domini. Responsor. Descedit. Respon. Quem vidi-  
 stis. Respon. O magnum. In 2. noctur. Re-  
 sponsor. Continet in gremio. Respon. Confirmatum est. Respon. Hic qui adue-  
 nit. In tertio nocturno. Respōsorium. Ec-  
 ce Agnus dei. Respon. Benedictus. Resp.  
 10 O regem. Matutinales Laudes, Quem  
 vidiſtis. In Euangelio, Dum mediū. No-  
 tandum autem in octauia Domini no-  
 cturnalem tantum de sancta Maria mul-  
 tum agere. Quia & diurnale officium in  
 15 honorem eius videtur institutum. In Do-  
 minicali autem nocte non tam de sancta  
 Maria, quam de Natiuitate Domini  
 agimus, quia & in diurnali officio specia-  
 liter de Natiuitate Domini commemo-  
 ramus: est autem traditio sanctorum Pa-  
 trū, ut in huiusmodi festiuitatibus officio  
 Missæ per reliqua concordemus officia.

Officio Missæ  
reliqua corre-  
spondere debet  
officia.

*De Epiphania.*

CAP. XL.

25 Si vigilia Epiphaniæ in Dominicam  
 euenerit, in nocte, ut predictum est, cani-  
 mus. In die quoque officium, Dum me-  
 dium,

dium, vt in priori Dominica pleniter obseruamus. Si autē in alia die occurrit, idē quidem officium sed cum Lectione, Scimus, & Euangelio Defuncto Herode, vnde & Cōmunio, Tolle puerū, sumptus est, cantamus: quia hoc officiuante vsum huius vigiliæ ibi cantabatur, vt pote Dominica eiusdem hebdomadæ, sicut &

Vocem iocūditatis, canitur in vigilia Ascensionis, & assumitur Cōmunio de eiusdem diei Euangelio. In Epiphania ad nocturnum, iuxta Romanum ordinem, ut à dolosa inuitatione Herodis discrepamus, ab Antiph. Afferte, ea nocte incipiuntur. Antiphona Fluminis, cum psalmo in tertiam nocturnam differtur; quia maior laudatio quam Alleluia sonat, sub gratia est, cuius typum tertia nocturna gerit, quam ante legem vel sub lege, quod præcedentes nocturnæ significant. Vnde & omnes historiæ quæ sibi Alleluia vendicant, plus Alleluia in tertia nocturna frequentant. Si Epiphania in Dominicam euenerit, nihil in ea die de officio Dominicæ tangimus. Quod tamen infra Octauam eius ideo obseruare solemus, vt lectiones & Euangelia ferialia, quæ de bap-

Cur nocte Epiphania inuitatorum non dicatur. Videeadē de re Guil. Duranum.

ptismo Domini sonant, eo tempore reci-  
tentur; cùm & festum de Baptismo Do-  
mini agitur.

5 *De dominicis post Epiphaniam;*

C A P . X L I .

Si autem per interiacentes dies ab E-  
piphania usque in octauam eius Domi-  
nica euenerit, necessariò eo die ecclesia-  
stico conuentui, cum dominicali officio  
satisfacimus, quem non pro Epiphania,  
sed pro Dominica conuenisse scimus. Do-  
minicales quoque psalmi cum cantu de  
Epiphania sunt recitandi. Sic enim om-  
nis nem dominicam, Dominicis solemnita-  
tibus interpositam, nec tamen celebriori  
officio occupatam, de eisdem in officiare  
solemus. Priuatos quoque dies solemnita-  
tibus interuenientes, ita obseruamus, ut  
20 In uitatorium & vnam Antiphonam su-  
per feriale Nocturnam; item vers. Re-  
spōsorium, & Matutinales laudes, & cetera,  
de Epiphania dicamus. Iuxta Roma-  
num enim ordinem, feriale nocturna  
25 nūnquam dimittimus, cùm tria tantum  
responsoria dicimus, nisi in hebdomada  
Paschæ & Pentecostes. Primæ ergo do-

G 2 mi-